



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

27. Dies Maii. Quid miserius misero, non miserante seipsum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

III. Censeris te Alpha miserorum, si laborares cancro, quid si his accederet ilias morborum, lepra, asina, paralysis, hydropisis, abominatio stomachi, in pedibus podagra, in manibus chiragra, in toto corpore ciathica, in oculis cæcitas, in auribus surditas, in capite phrenesis, in linguâ balbuties; quid si te uno agmine invaderent, & discerperent, mala omnia corporis? quæ fuerunt, sunt, erunt, esse possunt; nonne malles eradi ex hominum syllabo, & mundo exesse, quàm talem esse? Amabo te, inter omnia, quæ discis, unum tandem discite, æstimare æstimabilia. Plus tibi nocet, & magis Deo displicet, culpa animæ vel unica, quàm mala corporis omnia. Et minus est intervallum inter Nihil & Omnia, quàm inter malum corporis maximum, & Animi minimum. Si ut possis uno illorum, de quibus memini, morbo eximi, nempè à cancro, libenter permitteres secari membrum; quid faceres; & non faceres, ut possis ab omnibus sanari? Quæ est, hæc insania, nolle sanari? Infestior tibi est quælibet animi ægritudo, quàm omnis corporis ægrotatio, E præfatis exurgit hæc veritas:

Suprà omnes clades, animi unica sit tibi labe.

27. DIES MAII.

Quid miserius misero, non miserante seipsum? *Sanctus Augustinus lib. 1. confess. cap. 13.*

Minimus animi
nævus est per-
niciosior, quàm
maximus cor-
poris morbus.

I. **M**axima pars tuæ miseriae es, quod cum in vitio tuo miser, non tamen sis tibi miserabilis. Miseret te aliorum & quasi ipse tu esses minus quàm alius, non miseret te tui. Dolet quod ex calculo, toto condoles animo. Alterius in corpore calculus tibi est in animo aculeus, imò eculeus. Quanta fuit trium amicorum Job, ob ejus arum admiratio; & ex illa commiseratio. Hæc de illis facit Annales: *Exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum in cælum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem diebus, & nemo loquebatur ei verbum, videbant enim dolorem esse vehementem.* Quanta miseratio in illis micis! exclamant, plorant, sciindunt vestes, spargunt super caput pulverem, silent tot diebus præ stupore. Magna debet fuisse Job miseria, ubi maxima est erga Jobum miseratio. Quid illi contigit? Percussus a dæmon ulcere pessimo, totum corpus fluctuante sanie, sedebat nudus in sterquilinio. Ad te itunc convertere, ô peccator, ut sic avertaris à peccato. Minimus in animo defectus, est major, quàm omnis in Job miseriarum apparatus. Fuit percussus a dæmon ulcere pessimo, & tamen quod pessimè habebat dæmonem percutientem, etiam sic fuit optimus. Minimus in animo nævus, pejor est quàm pessimum in corpore ulcus.

II. Plus dico, da veniam, si acturus de peccato veniali, illud exaggerem; quia quidquid dico, non in quodquam potest dici de eo mali, minus est eo, quod animæ infert, malo. Peccatum veniale

Majus
est quæ
stant, co
per int
terpenti
tum mo
horrend
celestis
lis illis a
Paralyfi
quo lan
nibus ut
ut curra
Hydrop
iniquita
pane An
dium.
prehene
pedes fu
cernen
Est Pyre
speret ti
spernat
cem Spe
terni ve
III. M
cognosc
magnit
firmoru
vices ag
non in
in Ham
Recipe

Majus
tua mil
od cum
nifer, non
bilis. Ma
asi ipse
Dolet que
an corpe
ò eculeu
s arum
de illis fac
ue vestim
elum. E
septem
ebant em
io in illis
s, spargun
a stupore
ma est erg
culserant
pus fluit
nunc con
ato. Ma
omnis
uffus ada
limè hab
t optim
pessim
de pecca
d dico, v
li, min
um veni

Majus.

Tessera.

403

est quædam morborum omnium, qui corpus infe-
stant, complexio. Est cancer, sensim rependo serpit,
per intima animæ, & nisi occurras serpenti, imitat
serpentis, inferet mortem, dum inducet ad pecca-
tum mortale. Est lepra, quæ quia non tantum est
horrenda aspectu, sed contagiosa afflatu, sejungit à
cælestis Sponsi complexu. Est Asthma; hinc diffici-
lis illis ad Deum aspiratio, in divinis respiratio. Est
Paralysis; hinc illi in Dei amore tepor, in ejus obte-
quio languor, in negotio salutis torpor, nulla in ma-
nibus ut mittat ad fortia, agilitas; nulla in pedibus,
ut currat per viam mandatorum Dei, velocitas. Est
Hydropilis; hinc fitis illa ad bibendam quasi aquam
iniquitatem. Est abominatio stomachi; hinc illa in
pane Angelorum nausea, ad cæleste manna fasti-
dium. Est Podagra; hinc nullus in stadio, ut com-
prehendat bravium, non tantum cursus, sed motus;
pedes sunt quasi compediri. Est cæcitas, hinc in di-
scernendo malo à bono cæcuties, in divinis caligo.
Est Pyrenesis; hinc illa insania, ut sectetur fugienda,
speret timenda, abominetur amanda, ambiat noxia,
spernat æstimabilia. Est surdiras; hinc non audit vo-
cem Sponsi, nec susurrum sibili cælestis, nec verba æ-
terni verbi.

III. Necdum tu tot inter miserias misereris? Vin-
cognoscere morbi tui magnitudinem? Propone tibi
magnitudinem remedii. Purgatorium est spiritu in-
firmorum nosocomium: Chirurghi, ac Medici
vices agit, justitia. Sudant illic infirmæ animæ
non in tepido balneo, sed in igneo vaporario, sed
in flamineo æstuario. Scribitur illie non unum
Recipe in charta, sed Patere in flamma; Minimum

Cæ 2

pro

pro minimo morbo medicamentum, est gravius
quàm maximum in hâc vita tormentum. Si videres
regiam sponsam, imperio Regis sponsi, piceâ indu-
tam veste, per horas aliquot vivam aduri, quis foret
animi tui sensus? Censeris vel sponsæ culpam esse
tra modum atrocem, vel sponsi animum esse supra
modum ferocem. Si enim leve esset peccatum,
esset non tam peccatum punire, quàm in peccante
ferocire. Cùm animam ob peccata levia Deus ex-
geret tormenta tam gravia, aut Deum necesse est
tyrannum, aut peccatum veniale, esse execrandum
malum. Absit, ut Deus sit injustus, est Pater mis-
cordiarum, & ideò super omnia opera est ejus mi-
sericordia. Non Deus ignorans, qui falli possit in
pæ judicio, nec crudelis qui excedat in ejusdem
plicio, quare si, quem tam impensè amat, tam seve-
castigat, ingens necesse est, sit, & atrox malum, cui
ad malorum pœnas non moveantur viscera mis-
cordiæ, cùm ita in ipsos sæviat Clementia, ita scilicet
Benignitas, non parcat Bonitas. Tot inter quas
eensusi miserias, tui miserere, tot morbis dolendo
dere. Enimverò.

Sanat languorem faciens medicina dolorem.

28. DIES MAIL.

Quare non hac hora finis turpitudinis mea

S. August. l. 8. Confess. c. 12.

Peccati
turpitudò.

UT peccatum non tantum
ut noxium fugias, sed
fœdum horreas, propo-
tibi ejus turpitudinem, quæ tanta est, ut un-

(a)